



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

46 Papa, est summus bonorum Ecclesia administrator.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Petit. *her.* Quapropter pater potest omnia sua bona vendere, & projicere in mare non obstante præjudicio liberorum. *glo. in l. 1. in ver. ex duabus. circ. med. C. de inoff. donat. & Cravet. d. conf. 217. n. 1. & 2.* & supra in contrarium deducta procedunt, & habent locum in contractu censuali antiquo, in quo transfertur dominium directum, & utile, ut supra in principio deduxi, hoc enim casus, in quem fuit translatum dominium, tenetur ad onera, quia cum illa res sit allibrata, & catastrata, cum onere suo transibit in quemlibet singularem successorem, *l. cum fundo ff. de servit. rust. prad. l. 3. C. de servit. Bart. in l. si ff. de nov. op. nunciat. Crau. eo. cons. nu. 3. & Gab. conf. 47. num. 6. vol. 1. quemadmodum si ecclesia ꝑ acquirat rem feudalem, obligatur ad onera vassalli, quia transit res ad ecclesiam cum onerere feudi. *Inn. in cap. verum. n. 2. de for. comp. Bart. in l. pl. acet. n. 3. Ias. nu. 21. in 2. lect. C. de sac. san. Eccles. & Cravet. eod. conf. 217. n. 5* sed valet ꝑ argumentum à censu hujusmodi ad pensionem, quia quemadmodum census, ita & pensio in temporalitate consistit. *Gomes. in reg. de infirm. resig. q. 16. numer. 2. Pet. Benint. decis. 49. numer. 6. & Put. decis. 202. numer. 3. lib. 3.**

Ideo licet ꝑ pensio imposita super beneficio, regulariter pro rata ad decimas, & alia onera concurrere debeat, cum sit pars fructuum. *Put. decis. 5. lib. 1.* plerumque tamen reservatur libera, immunis, & exempta ab omnibus oneribus ordinariis, & extraordinariis, impositis, & imponendis, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Du-

cum, & aliorum quacunque ac quavis occasione, vel causa, etiam pro expeditione contra Turcas, etiam, quod in in decimarum impositione caveretur expressè, quod pensionarii quicumque pro rata contribuere tenerentur, quo casu debetur libera, cum ꝑ Papa sit semper honorum Ecclesie administrator. *Innoc. in cap. novit. de sent. excom. Abb. in cap. constitutus. num. 13. de relig. domib. & Navar. de spol. Cler. §. 9. num. 2. tom. 1. & de illis arbitrio suo disponere possit. Abb. in cap. magna. num. 17. de vot. & vot. redemp. & cum in re sua quilibet sit moderator, & arbiter. *l. in re mandata C. mand. Abb. conf. 26. in prin. part. 1. cum aliis supra deductis.**

emptor ꝑ enim census non emit rem, neque annum redditum rei, sed tantum jus exigendi pensionem super illo fundo impositam, dominio nihilominus apud venditorem permanente, *Card. Tolet. in instrum. sacerdot. lib. 5. cap. 42. vers. quarta particula. de cens. & Molin. in tract. 2. disput. 390. §. claus. in princ.* Ideo non est contra naturam contractus, quod quis vendat hunc censum, firmis remanentibus omnibus oneribus super fundo, super quo potest quis apponere onus servitutis, & hypothecæ, illud obligando pro solvendis collectis, quia istud erit aliud onus separatum, & additum aliis oneribus, ꝑ & cum liceat propriam rem alienare, à fortiori super ea permittitur oneris impositio *cap. cui licet. de regul. jur. in 6. & Ias. in l. in actionibus numer. 13. 14. & 15. ff. de in lit. jur. & census integre persolvi debent, ad formam, & rationem dictorum septem pro centenario,*